

ctivedeputandi arbitros pro admittendis seu rejiciendis causis earumdem recusationum in casu.

III. « An præfato capitulo Ecclesie metropolitanæ licitum fuerit recipere suspensiones seu recusationes ejusdem vicarii coram ipso propositas per rev. D. Antonium Murgiam rectorem Ecclesie parochialis de Ossi; et rev. P. Antonium Franciscum Seram plebanum Ecclesie parochialis de Osilo in casu, etc.

IV. « An censura relaxata per eundem d. vicarium capitularem adversus archipresbyterum, decanum et canonicum antiquiorem prædictæ Ecclesie, sustineantur in casu, etc.

« Sac. cong. Conc. in *Turritana* 16 Decembr. 1724, respondit: « ad I. *Affirmative*; ad II et III. *Affirmative*; ad IV. *Negative*. »

Et reposita causa sub dubio, « an et in qua parte sit standum, vel recedendum a decisio 15 Decembris 1724, » ead. sac. cong. die 13 Januarii 1725, respondit, « ad I et II, in decisio; ad III, recedendum a decisio; ad IV, in decisio. »

(70. Vicarius capitularis, Sede vacante, tueri debet jura Ecclesie pro exemptione fructuum spectantium ad mensam episcopalem. Sacra congregat. Immunit., in *Liparitana* 8 Junii 1626, lib. I *Decr.* Paul., pag. 2.

(71. Potest et debet procedere pro defensione immunitatis et jurisdictionis ecclesiasticæ. Sac. congreg. Immunit., in *Regien.* 8 April. 1624, lib. III *Decret.* Paul., pag. 173; in *Mediolanen.* 27 Aprilis 1632, lib. II *Decret.* Paul., 124.

(72. Non habet tamen facultatem, quam habet episcopus in casibus bullæ Gregorii XIV super immunitate, ideoque cognitio spectat ad episcopum viciniorem. Sacra congregat. Immunit., in *Vercellen.* 9 Novembr. 1650, lib. IV *Decret.* Paulucc., pag. 125.

(73. Vicarius capitularis non habet facultatem, quæ competit episcopo quoad casus bullæ Greg. Unde jubetur restituere Ecclesie reum homicidii prætensi exceptuati a se extractum, et datur ei facultas denuo extrahendi ad formam bullæ, et subjungitur, ut denuo conficiat processum, ac transmittat. Sac. congreg. Immunit., in *Calaritana* 30 Sept. 1698, lib. II *Decret.* Vallem., pag. 178.

(74. Nec potest cognoscere super extractione et violatione immunitatis ecclesiasticæ, sed hoc spectat ad episcopum viciniorem. Sac. cong. Immunit. in *Regien.* 19 Novembr. 1644, lib. III *Decr.* Paul., p. 161.

(75. Et in prædictis delinquens jubetur accedere ad Urbem. Sacra congregat. Immunit., in *una S. Severini* 29 Aprilis 1704, lib. III *Decret.* Vallemani, pag. 577.

(76. Etiam jubetur restituere reum prætensi homicidii exceptuati quem extraxerat vigore litterarum ejectionis. Sacra congregat. Immunit., in *Firmana* 10 Maii 1693, lib. I *Decret.* Vallem., pag. 45.

(77. Vicario capitulari non licet dare li-

centiam visitandi loca immunia. Sac. congreg. Immunitat., in *Bobien.* 2 Martii 1700, lib. II *Decret.* Valleman., pag. 275.

(78. Quare vicarius capitularis monetur, quia dederit curiæ laicæ licentiam exhumandi cadaver e loco immuni pro facienda recognitione. Sacra congregat. Immunit., in *Spoletano* 11 Maii 1683, lib. III *Decret.* Alt., pag. 176.

(79. Cum vicarius capitularis et prævicarius ordinaverint extractionem prætensi rei assassinii, qui postea per d. vicarium capitularem, prævia declaratione, quod deberet frui immunitate ecclesiastica, traditus fuerat curiæ sæculari, a qua damnatur in penam ultimi supplicii, sac. congreg. censuit, tam vicarium quam prævicarium, et alios cooperatores esse incursos in censuras, et concedi facultatem episcopo absolvendi omnes coram capitulo in forma consuetæ, facta Ecclesie læsæ competenti elemosyna arbitrio episcopi et inhabilitatis ab officio vicariatus et prævicariatus arbitrio sac. congreg., nec non monitis de irregularitate incursa. Sac. cong. Immunit., in *Mantuana* 18 Martii 1689, lib. *Decret.* Mart., pag. 62.

(80. Vicarius capitularis, qui cum curia laica perquisivit et extraxit confugitos ab ecclesia, non solum non est executus suas partes hujusmodi violationes impediendo, sed etiam animum dedit violatoribus, vocatur ad Urbem, et agitur cum secretario sac. congreg. Episc., pro provisione alterius vicarii. Sacra cong. Immunit., in *Acerran.* 31 Julii 1674, lib. I *Decret.* Altov., pag. 974.

(81. Vicarius capitularis extrahere faciens ab ecclesia cursorem curiæ archiepiscopalis, mandet restitui, et acriter moneatur, reficiat carcerato damna passa, et consulat conscientiam suam. Sac. congreg. Immunit. in *Salernitana* 22 Januarii 1692, lib. *Decret.* Grim., pag. 80.

(82. Idem vicarius absolvens censuratum talem a se declaratum ob violatam immunitatem, reintegret censuras, et consulat conscientiam suam. Sac. congreg. Immunit., in *Squillacen.* 9 Maii 1676, lib. I *Decret.* Altov., pag. 1243.

(83. Injungitur vicario capitulari, ut declaret absolute non esse nullam, et agitur cum secretario sac. congreg. Episc. ut deputet alium vicarium. Sac. congreg. Immunit., in *Aquilana* 14 Novembr. 1644, lib. *Decret.* Rocci, pag. 434.

(84. Cum facultate tamen sacre congregat. potest absolvere a censuris ob violatam immunitatem. Sac. congreg. Immunit., in *Vercellen.* 30 Julii 1695, lib. I *Decr.* Vallem., pag. 206.

(85. Non debet impedire confugium. Sac. congreg. Immunit., in *Terracinen.* 18 Novembr. 1664, lib. *Decret.* Rocci, pag. 599.

(86. Aliquando jubetur restituere pecuniam sibi erogatam pro incarceratione sacerdotis. Sac. congreg. Immunit., in *Oritana* 22 Aprilis 1698, lib. II *Decret.* Vallem., pag. 149.

(87. Aliquando ei injungitur, ut mandet nulliter extractum restitui, et deinde extrahat ad formam bullæ, conficiat processum, et transmittat. Sacra congreg. Immunit., in *Tropien.* Januar. 1665, lib. *Decr.* Rocci, p. 117.

(88. Vicarius capitularis Acherontie contra ordines Sanctissimi et sacre congreg. obediens litteris regis de accedendo Neapolim, declaratur suspensus a divinis, privati vicariatu, et inhabilitatur ad hujusmodi officia, et ei præcipitur ut discedat ab Urbe, et decretum præfatum notificatur tam nuntio quam capitulo per litteras, quæ ad futuram rei memoriam retineantur in actis nuntiaturæ, et curiæ ecclesiasticæ Acherontinæ, et si non justificaverit allatam legitimam excusationem, inhabilitandus est etiam ad beneficia. Sac. congreg. Immunit., in *Acherontina* 5 et 13 Julii 1633, lib. II *Decr.* Paul., pag. 160.

(89. Vicarius capitularis, seu capitulum Sede vacante non potest conferre beneficia de jure patronatus, quando ex lege foundationis conferri debent uni ex consanguineis, affinibus, concivibus seu personis ex certa familia, loco seu collegio, quia tunc sicut non potest Sede vacante se ingerere in collatione beneficiorum liberæ collationis etiam devoluta, cum collatio beneficiorum in tali casu, etsi jure devoluta, sit semper liberalitas, et gratia, seu gratificatio erga personam arbitrio conferentis eligendam; sique non necessaria, sed libera, dum potius uni quam alteri beneficium conferre potest, quæ est una ex rationibus, ob quas vicarius capitularis, seu capitulum Sede vacante non potest conferre beneficia ad ordinariam episcopi collationem spectantia ex cap. *Illas* 2, Ne sede vacante; ita sequitur, quod data hujusmodi beneficiorum devolutione, collatio ex tali jure non spectat ad vicarium capitularem, sed ad Sedem Apostolicam vigore regulæ secundæ cancellariæ. Sic Rota, in *Cremon. Præposituræ* 5 Apr. 1683, § *Hoc posito, coram Ursino*, ac ita in *una Calaritano beneficii* fuit in curia indicatum per binas sententias conformes de anno 1687 a R. P. De Aste, et 1688 a R. P. D. de Effectibus, apud Rigant., tom I, in regul. 2 cancellariæ, § 3, n. 154 et 155, ubi ad id secum adducit Wames, consil. 260, num. 3; Ferrasin, *De capitul. Sede vacante* quæst. 33, n. 3 et seq.; Lotter., *De re beneficiar.*, lib. II, quæst. 1, n. 21; Gonzal., *ad regul.* 8, gloss. 8, § 1, num. 75 et 77; Marchett. *De vicar. capitul.*, tit. 32, n. 45 et sequent., ac alios.

(90. Sic etiam quando testator in fundatione beneficii jus illud conferenti relinquit episcopo pro tempore existenti, cum in tali casu agatur de jure speciali et accidentali, et non de jure proveniente, vel ab ordinaria episcopi potestate, vel a juris dispositione, non potest tale jus transire in vicarium capitularem, ut distinguunt Felin. et cæteri interpretes, in cap. *Cum olim*, De majoritat. et obedient.; Roman., consil. 506, num. 14; Sbroz, *De offic. vicar.*, lib. II, q. 30, num. 3, et q. 188, num. 6; Garcias, *De benefic.*,

part. 7, cap. 7, num. 39, et alii. Et ad id facit resolutio sacre congreg. Concil. in *Clusin.* die 20 Martii 1756. (91. Hinc beneficii collatio a vicario capitulari expleta titulum coloratum non tribuit. Rigant., tom. III, in regul. 36 cancellar., num. 122, ubi ad id varios adducit doctores; et Rot., in *Segobien. Canonizat.* 11 April. 1704, § *Altera, coram Scot.*, confirmat. 9 Maii 1605, *coram Ansaldo*.

(92. Vicarius capitularis jurisdictionem episcopalem ad capitulum devolutam, independentem ab ipso capitulo exercet. Benedict. XIV, *De synodo dioces.*, lib. II, num. 1. Vide tom. II, verb. CAPITULUM, art. 3, num. 63 et sequent., et supra art. 1, num. 39. (93. Vicarius capitularis potest sua auctoritate ordinaria conficere processum super fama virtutum et miraculorum servorum Dei, quos conficere potuisset episcopus. Idem, *ibid.*, num. 2, et *De canonizat. sanctor.*, lib. II, cap. 2, num. 2. (94. Imò ab ipsamet Sede Apostolica ad vicarium capitularem quandoque diriguntur litteræ remissoriales pro conficiendis processibus Apostolicis super virtutibus et miraculis tum eorundem servorum Dei, tum etiam eorum qui jam in beatorum Album sunt relati. Idem, *ibid.*, num. 2 et cit. lib. II, cap. 45, num. 17. (95. Quamobrem cit. num. 2, ingenue fatetur nondum hactenus percipere potuisse, cur dataria Apostolica dispensationes, quæ ex mente *Tridentin.*, sess. XXII *De reformat.*, cap. 5, extra curiam committendæ sunt ordinariis locorum, in quibus degunt illas impetrantes, nunquam consueverit committere vicariis capitularibus, quamvis easdem committere soleat vicariis generalibus. Plura alia de vicario capitulari, vide tom. II, verb. CAPITULUM, art. 2 et supra, ubi abunde de omnibus, et in super in d. tom. II, verb. CONCILIIUM, art. 2, a num. 7 ad 9. (96. Ubi quod synodus provincialis non a vicario capitulari metropolitana vacantis, sed ab antiquiori episcopo suffraganeo est indicenda ex decreto sacre congregationis Concilii in *Tarraconensi* 13 Maii 1604. (97. Et quod absente, vel impedito, seu mortuo archiepiscopo, convocanda est synodus provincialis ab antiquiore episcopo ex suffraganeis, non autem ab episcopo exempto quamvis antiquiore, ex decreto ejusdem congregat. in *Burgen.* die 17 Aprilis 1649.

(98. Alia de vicario capitulari, vide verb. CAPITULUM, et verb. ORDO.

(99. Vicarius capitularis, loco defuncti episcopi, in missa nominari non debet; Benedict. XIV, constitut. incip. *Ex quo primum*, § 20. (100. Vicarius capitularis in locis missionum, ubi resident episcopi, a capitulo vel parochis, juxta veterem consuetudinem, eligi debet statim ab obitu episcopi; idem, constitut. incip. *Quam ex sublimi*, § 2. Si vero nullum adsit capitulum, nec parochorum numerus, a quibus electio perficiatur, vicarius generalis defuncti episcopi, Pontificis auctoritate constituitur vicarius capitularis; idem, *ibid.*, § 4. Docto-

ratus necessitas tollitur, dummodo alia requisita in eligendo concurrant.

(101. Vicariis capitularibus per regnum Neapolitanum, et vicariis generalibus ægotantium prælatorum ejusdem regni quæ cura circa spolia sit commissa et demandata? Vide supra verb. *SPOLIA*.

(102. Vicariis capitularibus in regno Neapolitano prohibetur concessio litterarum dimissorialium pro prima clericali tonsura, aliisque ordinibus, etiamsi annus a die vacationis Ecclesiarum elapsus sit, absque speciali facultate sac. congregationis. Clemens XI, part. III *Bull.*, epist. 2 et 3. Sac. cong. Episcop. et Regul.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(103. Num capitulum eligendo vicarium capitularem possit aliqua reservare a se ipso exercenda? Affirmant Pirrhing ad tit. *De offic. vicar.*, n. 78; Pignatell., *Consult. canon.*, tom. IX, consult. 59, n. 4; Ventrigl., in *Prax. for. eccles.*, tom. II, adnot. 15, § 2, n. 18; Ragucc., *De voc. canon.*, q. 40, n. 14.

(104. Tradunt vero auctores hujus affirmativæ sententiæ, quod si reservatio concernat ea quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, minime repugnat ut ipsa exercentur ab ipso capitulo; contra vero si reservata sint illa, quæ spectant ad jurisdictionem contentiosam, debeant hæc a capitulo alteri delegari.

(105. Negativam vero sententiam tenent Fagnan., in cap. *His quæ*, num. 72, De majorit. et obed.; Leuren., *De vicar.*, tract. 3; cap. 5, q. 565, num. 2.

(106. Quod si capitulum naud potest ali-

VICARIUS FORANEUS.

Lubet sequentia adnotare.

(1. Vicarius foraneus dicitur ille, qui in certa parte diocesis extra civitatem Sedis episcopalis, vel in oppidis per episcopum constituitur, ut ibi jurisdictionem quamdam exercent; cap. *Romana* 1, De officio ordinarii in 6, et ibi Glossa verb. *Foraneus*; et alia Glossa in Clement. *Et si principalis* 2, De rescriptis, verb. *Foraneo*. (2. Et dicitur *Foraneus*, quia foris, seu extra locum in quo Sedes episcopalis reperitur, episcopi vices agit juxta traditam sibi potestatem. Glossa, in cit. cap. *Romana* 1, De officio ordinarii in 6, verb. *Foraneus*; et alia Glossa, in cit. Clement. *Et si principalis* 2, De rescriptis in casu, verb. *Nota*.

(3. Episcopus tenetur vicarios foraneos in diocesi constituere, concil. *Mediolan.* 1, part. II, tit. *De vicariis foraneis*, sac. cong. Episcop., in *Trojana* 27 Martii 1590, et 10 Martii 1567. (4. Et ad hoc munus vicarii foranei eligi et constitui debent archipresbyteri et prappositi locorum, vel alii in dignitate ecclesiastica constituti; sin minus eligi debent rectores ecclesiarum parochia-

qua sibi reservare, vicarium capitularem eligendo, multo minus potest quidquam ad se avocare postquam jam vicarium capitularem elegit. Leuren., *ubi supra*, q. 567, n. 2.

(107. Ex his etiam patet vera resolutio ad quæstionem, de qua agit auctor n. 40, an scilicet possit vicarius capitularis vigore suæ electionis exercere ea quæ speciale mandatum episcopi requirent respectu vicarii generalis. (108. Si enim capitulum nil sibi potest reservare eligendo vicarium capitularem, non est quod vicarius capitularis opus habeat ullo speciali mandato, sed ut primum electus est, potest ea etiam exercere, quæ vicarius generalis non nisi speciali mandato exercere valet; Leuren., *loco citato*, q. 568, n. 2, ubi rationem differentiarum tradit.

RESPONSIO AUCTORIS.

(109. Circa ea quæ hic astruuntur, præsertim sub n. 108, videantur quæso, quæ ego adduxi in hoc art. sub c. n. 40, ubi post adductas duas opiniones contrarias cum suis respective rationibus; an possit vicarius capitularis vigore suæ electionis exercere ea quæ speciale mandatum episcopi requirent respectu vicarii generalis, conclusi *ibi* in hoc servandum esse praxim et legitimam consuetudinem cujusque diocesis ac provinciæ; cum consuetudo sit optima legum interpret; l. *Si de interpretatione* 58, ff. *De legibus*; et cap. *Cum dilectus* 8, De consuetudine, addendo, videndum esse verb. *JURISDICTIO*, n. 18, ubi conclusi, jurisdictionem vicarii capitularis esse ordinariam; sicque etiam conclusi in verb. *VICARIUS GENERALIS*, art. 4, n. 6.

lium diocesis, quantum possibile erit. Concil. *Mediolan.* 1, *loco citato*.

(5. Vicarii foranei amoveri possunt arbitrio episcopi, quotiescunque voluerit, et puniri possunt, si male se gesserint in officio sibi demandato. Concil. *Mediolan.* 1, *loc. cit.*

(6. Jurisdictio vicariorum foraneorum est omnino limitata, cum concedatur solum pro certa parte diocesis, et limitatis locis, ac solum pro certis et limitatis causis civilibus ibidem occurrentibus usque ad certam et limitatam summam, v. g. quinque scutorum plus minusve, prout libuerit, ne partes pro qualibet levi re cogantur semper se conferre ad civitatem, et comparere coram vicario generali. Sac. cong. Episc., in *Trojanen.* 27 Martii 1590.

(7. In criminalibus autem non possunt ordinarie se intromittere, nisi informationes capiendi et formando processum informativum ad effectum illum transmittendi ad vicarium generalem cum relatione totius

facti. Sac. cong. Episcop., in *Motulensi* 9 Junii 1592.

(8. Potest tamen ab episcopo eis concedi, ut se intromittant in omnes causas cleri alicujus oppidi, seu sui limitati vicariatus, tam civiles quam criminales et mistas, exceptis iis pro quibus pœna corporis afflictiva est imponenda. Sac. cong. Episcop., in *Tarentina pro oppido Martine* 7 Julii 1567.

(9. Ad vicarium foraneum et non ad archipresbyterum, sive curatum, nisi ipso vicario absente, spectat dare licentiam laborandi die festo, et contravenientes multare. Sac. cong. Episcop. in *Cerentina* 2 Augusti 1594, et in *Materan.* 18 Nov. 1597. (10. Et talis licentia in scriptis concedi debet, et non oretenus. Ead. sac. cong. 21 Augusti 1615.

(11. Pœna pro transgressione festorum debet esse moderata; et si fuerit exorbitans, reduci debet ad arbitrium ordinarii, et reliquum, si fuerit exactum, restitui. Sac. cong. Episcop., in *Ravennatensi* 16 Januarii 1601, in *Bellicastrensi* 1 Septembr. 1603, et in *Cornetana* 11 Decemb. 1624.

(12. Neque debet excedere 5 vel 6 Julios in loca pia distribuendos, deducta tertia parte exsecutoribus, licet quis deprehensus fuerit in fragranti post publicatum edictum. Sac. cong. Episc. in *Terracinensi* 14 Dec. 1595.

(13. Et tertiam partem pœnæ seu multæ, quæ a violatoribus festorum exigitur, debent vicariis foraneis, tenet Pellegrinus part. I, sect. 7, *De vicario foraneo*, subsection. unica, n. 6, dicens quod ubique servatur, quod pœnæ prædictæ applicentur vicariis foraneis, et eorum exsecutoribus, et quod sic censuit sac. cong. Episcop., in *Theanen.* 5 Februar. 1591. At hodie attendenda est taxa Innocentiana, § *Le pene, e multe*, ubi statuitur quod applicentur usui locorum piorum.

(14. Vicarius foraneus ratione sui vicariatus nullam habet præcedentiam in choro, sessionibus et processionibus, et aliis actibus, et functionibus ecclesiasticis supra alios parochos, canonicos et presbyteros ipso antiquiores et digniores, sed debet ipse vicarius stare, sedere et incedere in loco suæ receptionis et dignitatis, ac si non esset vicarius foraneus, tam cum cotta quam sine illa, non obstante quacunque ordinatione episcopi in contrarium, præterquam in congregationibus, quæ de mandato episcopi singulis mensibus fiunt, in quibus tanquam episcopi delegatus præcedere debet omnibus, non tamen in processionibus, missa, et aliis quæ fiunt ante congregationem. Sac. cong. Rit., in *Brundusina* 17 Novembris 1600, in *Oritana et Catan.* ead. die et anno; in *Marsicen.*, *Spoletana*, et *Bononien.* 11 Aprilis 1601, in *Regien.* 2 Martii 1602, in *Tropien.* 25 Januarii 1603, in *Neocastren.* 12 Aprilis 1607, in *Comen. Valevatiæ* 19 Martii 1611, in *Nucerina* 24 Junii 1611, in *Syracusana* 7 Julii 1612, in *Hydruntina Soleti* 2 Martii 1613, in *Mediolanen. Cerbetta* 3 Dec. 1616, in *Campana terra*

*Auletta* 12 Martii 1618, in *Messanen. Terræ Castri* 7 Sept. 1618, in *Spoletana Terræ Casciæ* 23 Martii 1619, in *Salernitana* 27 Martii 1638, in *Neritonen.* 22 Dec. 1629, et in *Tranen.* 9 Apr. 1633, et sæpissime alibi. (15. Etiam quacunque consuetudine contraria non obstante. Ead. sac. Rit. cong. in *Syracusana* 3 Junii 1630.

(16. Vicarius foraneus debet in processionibus et choro uti cotta, sicut alii presbyteri, nec ratione sui officii debet ante alios habere thuris et pacis honorem. Eadem sacra cong. Rit., in *Tranen.* 24 Sept. 1605.

(17. Vicarii foranei residere debent in locis, ubi constituti fuerint, vel in alio non multum distante. Sac. cong., in *Trojanen.* 12 Dec. 1646. Locus autem debet esse equidem numerosus.

(18. Vicariis foraneis non licet multare clericos vel presbyteros, qui non veniunt ad Horas canonicas ultra solitum punctum amissionis distributionum quotidianarum. Sacra cong. Rit., in *Brundusina* 4 Martii 1606.

(19. Neque possunt vicarii foranei contra usum et consuetudinem Ecclesiæ prohibere canonicis, ne capitulum faciant sine sua licentia. Sacra cong. Rit., in *Orien. Cæliæ* 16 Dec. 1605, et ead. sacra cong. 16 Dec. 1616.

(20. Vicarius foraneus, si sit canonicus, non debet habere majorem portionem ex funeralibus, quam si esset simplex canonicus. Sac. cong. Rit., in *Bononien. Castri Joannis* 7 Octob. 1617.

(21. Vicarii foranei, vel alii rectores non tenentur quidquam solvere, aut dare cursoribus, aut aliis episcopi ministris per diocesim discurrentibus, sed tantum ministrare debent cubile, et lumen, et si victum eis præbeant, ab episcopo repetere possunt. Sac. cong. episcoporum in *Licien.* 5 Feb. 1501, et in *Balneoregien.* 6 Augusti 1602.

(22. Episcopus in sua diocesi concedere debet facultatem etiam vicariis foraneis et archipresbyteris, ut de consilio medicorum impertiri possint indigentibus licentiam vescendi cibis vetulis, quæ detur omnino gratis, ita ut nec pro scriptura quidquam accipere liceat. Sac. cong. episcoporum 20 Augusti 1691.

(23. Non debet episcopus prohibere parochi, ne celebret officium mortuorum sine interveniu vicarii foranei. Sac. cong. episcoporum, in *Cremen.* 10 Junii 1603.

(24. Attenta dispositione Tridentini, cap. 3, sess. xxv *De reform.*, non potest episcopus delegare facultatem vicariis foraneis, sed tantum vicariis generalibus, concedendi litteras monitoriales pro rebus deperditis seu subtractis. Sac. cong. Cone. 24 Junii 1653. Et antea eadem sac. cong. 8 Februarii 1590, declaravit, non licere episcopo hanc facultatem alteri quam vicario generali delegare, neque specialiter, apud Pascasæ, tit. *De vicario*, et *Pittonum Constitut.*, ad episcopos, n. 1206.

(25. Episcopus præter vicarium foraneum